

Andreas Cricius episcopus Pre-
mislensis, Petro Tomicio episcopo Cra-
coviensi regni Pol^e vicecancellario.

41

Reverendissime mi domine. Supplico hu-
militer vestre reverendissima dominatio-
ni, boni consulat quod ita laconicè
illi scribo, cognoscat enim ea literis
regie maiestati ad me scriptis, mihi ad
illas scribendas via diem suffuisse, co-
gnoscat item omnia ea ipsis literis, que:
cunque illi essent à me scribenda. Va-
leo gratia Dei recte satis, sumusque hic
cum meo collega viro arte optimo, gra-
tissimi. Me vestre dominationi reveren-
dissime unicè commendo, quam dominus
Deus seruet diutissime sospitem et fe-
licem. Stigonij diè quarta Decembris anno
Domini millesimo quingentesimo vigesi-
mo sexto.

